AD REUERENDUM VALLIS VMBROSÆ GENERALEM CARMINA MARCI CANONICI...

Marco Rizzoni, Ugolino Verino

Digitized by Google

1016. e9

1016
29

Ad Reuerendum Vallis Vmbroſæ Generalem Carmina Marci Canonici Auguſtiniani. Item Florentini Poetæ Vgolini a ueris de laudibus diui Ioannis Gualberti.

BIBLIOTECA NAZIONALE
1872

1016
29

¶ De laudibus Diui Patris noſtri Ioãnis Gualberti ex homilia uenerabilis chriſti præconis Domni Marci Veronenſis ordinis canonicoruꝫ Regulariuꝫ ſancti Auguſtini.

EXtitit ignoſcens, humilis, gratuſqꝫ Ioannes
Gualberti, claro & florenti ex ſanguine natus.
Flamine paupꝫ erat, docilis, miſerans & Eremi
Cultor, ieiunans, ſacco indutus, uigil, orans.
Proximũ amat, curatqꝫ illum, dilatat honoreꝫ
Numinis, & cultum: diuina auditqꝫ libenter.
Aegrotus, patiens, uiſit carpitqꝫ merentes.
Hic pater egregius crimen labemqꝫ ſimonis
Intrepidus damnat: pro quo uexata procellis
Relligio ẽ ſua: ſed demum tranquilla quieuit.
Diſcretus monachis carnes pro panibꝫ offert.
Atqꝫ deo plenus præcordia nouit: & alta
Ac miranda facit, non his tamen ipſe tumeſcens.
Dæmona conſpectum infirmo a trepidante repellit.
E purgante loco monachum eruit: Vrſus & atræ
Donaẽ morti: conuerſus ſancta Ioannis
Verba recuſando moriẽ delapſus ab alto.
Papa illũ & proceres magno uenerãẽ honore.
Ipſe aũt IESVM ſitiens atqꝫ eẽ peroptans
Cũ IESV, & fatus monachis lachrimãtibus alma
De charitate, petit cœleſtia regna triumphans.
Virtutẽqꝫ ſuã miracula multa repandunt.
Incorrupta ẽt monachis ſub ſidere cancri
Funera ſeruãtur ternis in humata diebus.
Pro nobis ora miſeris Patriarcha beate
Cœlorum ut regnum & ipſi capiamus ouantes.
Ille tuis lector precibus nunc oro leuetur
Hæc licet exiguus cecinit qui mente fideli.

¶ Vgolinus uerinus Reuerendo ĩ Chriſto patri. D. Blaſio generali ordinis Vallis Vmbroſe. S. D.

QVum his diebus in æde Trinitatis Marcum ueronenſẽ canonicum regularẽ audirẽ dei uerbũ prædicantem, allexit me uiri non minor eruditio q̃ probitas: & eo me fecit attentiorem ſermo protractus de laudib9 Sãctiſſimi Ioãnis Gualberti umbroſæ uallis patriarchæ, cuius tu nunc prudenter geris habenas. Ego iam ab ſoluto utroq; teſtamento, & editis commentariis heroico carmine, cum hymnos & ſyluas in honorem ſanctorum ſcripſerim: tanq̃ ingratuz cœpi me ipſum in crepare, cur ciuem & compatriotam meuz ſua laude ingenioli mei defraudarer, per ſe lz illuſtris triumphet in cœlis: & in terra inſignis ubiq; uenereẽ miraculiſq; coruſcet. p̃conio tamẽ induſtriæ noſtræ (q̃cunq; ẽ) nõ carebit: ut affectui noſtro & ueſtro ĩ parte deſyderio ſatiſfaciã: Quãuis ãt nũc publicis diſtringar occupationib9: & meis ſiz demerſus in ſtudiis. libẽter tamẽ hãc ſucciuiſam impendi operam. p̃cor ut hæc legas & emendes ſiqua lima indigeant: & legenda tuis monachis exhibeas: ut tanti patris imitentur exempla. Vereor ne putes me tuæ adulari ſolertiæ q ſeneſcentẽ ordinẽ ad priſtinã reſtitueris dignitatem. extorſiſti aprophanis in iuſte poſſeſſa, cœnobia multa recepiſti, & collapſa refeciſti, cohibuiſti errantes ut inter ſacra clauſtra monachi contineãꝰ orãtes. Merito ſubiecti tibi debent populi. Hæc ad tuaz ueram laudez pertinẽt. Sed fortaſſe non minus ẽ ꝙ ſacris litteris & doctrinis erudiri curaſti iuniores ut ſibi & aliis proſint. Omnis (ut ſcriptum eſt) ignorans malus ẽ & in utilis. non ceſſatur impune a monachis & ſtudioſis: Ocia ſiquidẽ ſunt arma dæmonũ: & Hieronymus inquit fac ut te

ſemper inueniat diabolus occupatum. Sed cur athe nas noctuas? exemplo nũc tuo uidemus & aliorum monachos ordinum litteris florere: qui ruſtica olim inſcitia dormitabãt. Veriſſima eſt ergo Platonis ſen tẽtia. Qualis rex talis populus. Similiter dico: qua lis abbas talis monachus. Sub ſtrenuo duce raro eſt miles ignauus: & periti preceptoris diſcipulus ẽ eru ditus: & hoc inſingulis. At de his ſatis. Si rem me ti bi gratam feciſſe cognouero, adnouũ laborem me inuitabis VALE et ut cœpiſti adfinẽ uſq; ſapienter opereris (ut inquit Auguſtinus Sola ex uirtutibus ꝑ ſeuerantia coronatur Raptim. Vale iterũ data Florẽ tiæ. iii. idus Martii. M. D. VII.

❡ Vgolini Verini Sylua in laude ſãcti Ioãnis Gual/
berti totius ordinis Vmbroſæ Vallis Patriarchæ.

GValberti celebrate diem lux alma Ioannis.
Biſſena eſt Iuli cuius nunc geſta canemus.
Diuino & q̃uis hæc ſint referenda coturno
Tu tamen ingenio uires in carmine præbe
Inclyte confeſſor/ monachorũ gloria ꝑ quẽ
Vmbroſæ uallis ueneranda exordia ſumpſit
Cœtus honoratus: cuius florentia mater
Extitit/ex procerum generoſa ſtirpe creatus.
Gualbertuſq; pater fuit: & praclarus in Armis
Diuitiis pollens: caſtellaq; multa regebat.
Germanum cuius quidam tranſfoderat enſe.
Hunc in uicino deprehendit colle Ioannes
Armatus: ſociiq; eius mucronibus inſtant
Ne fugiat prehenſũ (ut meruit) trucidare uolebat.
Ille ubi fulmineum gladium/torueq; minãtẽ
Suſpexit pallens: flexo ſic poplite fatur.
Parce mihi parce: ut xp̃s tibi parcat IESVS.
Hæc ẽ ſacra dies qua facta redemptio mundi
Hoſtibus ipſe ſuis hac inq̃ luce pepercit.
Extemplo uirtute dei deferbuit ira
Atq; inuagina ſublatum condidit enſem.
Surge inquit/parco quid ſtas? ꝓperemus ad ædẽ
Vicinam: & ſtratus Crucifixi numẽ adorans
Hunc tibi dono Virum dixit: te propter IESV
Conceſſi ueniam: tũc ſãctum mouit imago
Prona caput: quod pendet ad huc miracula teſtãs
Quod ſit grata deo pietas & Victima/per quã
Carbones parcens ſupra caput ingerit hoſtis.
Hæc ubi proſpexit diuino incenſus amore
Vt monachus fieret Benedicti dogma recepit.

Lætus erat / parēs cunctis / alacerq; piuſq;
Iuſſa exercebat: ſacras quoq; primus ad horas
Ecella ueniens quodcumq; neceſſe parabat
Compoſitiſq; chori rebus uigilabat & orans
Expectabat ibi monachos: deceſſerat abbas
Gualberti ut probitas / ſolerſq; induſtria fulſit
Nolentē licet abbatem elegere Ioannem.
Offitium abbatis ſeniores poſtulat annos
Indignū ſeſe dicens renuebat habenas.
Exarſit liuore Sathan. quidāq; ſuperbus
Quod prælatus ei ſeniori iunior eſſet
Munere cū magno ueniens ad preſulis aulā
Corrupit cupidū: (facile ē corrumpere auarū)
Abbas fit ſubito licet hoc indignus honore.
Tūc florentinæ papienſis epiſcopus urbis
Petrus erat ſimoniacus ſerpentibus atris
Peior & eccleſiam lacerabat lurida peſtis
Hæc xp̄i. Abbatem infectū & cœnobia ſiquens
Gualbertus ſanctiq; uiri conſulta petiuit
Cuius erat probitas ſimul & ſapientia nota
Quid ſit facturus / monuit / paſtoris auari
Vt fugeret regimen / ſcelerati & p̄ſulis aulā.
Vt deteſtetur populi præſente corona.
Qui ſimoniacus donis ſacra cūcta p̄phanat.
Ac monet ut Syluas adeat ſecurus eremi.
Hæc tria feſtinus fecit præcepta Ioannes.
Vallis umbroſæ Syluas atq; antra petiuit.
Diſtat ab urbe locus terſenis millibus iſte:
Etruriæ & ſupi longe eſt celeberrimus Arni.
Numē in eſſe loco Vmbroſus tibi denotat horror
Illic angelicā uitam ſub paupere tecto
Cū paucis primum duxit: Sed cognita uirtus
Et morum probitas tuſcas effuſa per oras.

Attraxit multos pompis ſecloq; relicto
Sunt confeſſoris ueſtigia ſacra ſequti
Gualberti, creuit numerus mirabile uiſu.
Tunc uenerāda parens monacharū q̄ Icta uocata ē
Sub cuius ditione locus uicinaq; rura
Tunc fuerant: nota ſancti bonitate Ioannis
Gauiſa ē donoq; dedit ſua prædia ſancto
Abbati: ſignis cœpit fulgere coruſcis.
Vrbs poſita apparet ſublimi in uertice montis
Fidentes domino tollit mons xp̄s in altum
Nec ſinit indenſis ſanctos torpere tenebris
Scilicet ægrotis tactu uerboq; ſalutem
Contulit: obſeſſo ſtygias de corpore erinnes
Arcebat: monachus uicina morte rogauit
Exclamans ſuccurre pater lupus inſtat auerni
Hic circum lectum horrido minitatur hiatu:
Sulphureaſq; uomit flāmas exore tremendo.
Protinus accelerat ſumpta cruce ſtrennus abbas
Dæmonaq; inſequitur latitantē & dira fremētē.
Percuſſitq; crucis baculo, tandēq; fugatum
Expulit e thalamo: monachuſq; in pace quieuit.
Hereticis ſimoniacis, nulliſq; pepercit
Hoſtibus eccleſiæ quouis diſcrimine mortis
Et non immerito generalis ut ordinis eſſet
Inſtituūt monachi: fundator rector & auctor
Fulgebat late phœbeæ lampadis inſtar
Vndiq; confeſtim cœnobia multa recepit
Audita probitate uiri conceſſa fuere
Paſignana ædes & prædia, ſeptima moles
Erexitq; ſolo ſalui uenerabile templum.
Atq; monaſterium non longe hoc diſtat ab Vrbe
Bis ſeptem ſtadiis: primā ſ; condidit ædem
Vmbroſæ uallis per quā clariſſimus ordo

Accepit nomen cunctis durabile ſeclis.
Nunc uirtute patris floret memorabile Blaſi.
Sȝ cæptum repetamus opus: ſplendebat ubiqȝ
Fama uiri: carpſit uehemenē præſulis acta:
Qui ſacra uendebat nullo diſcrimine xp̄i
Qui maiora dabat uel peior uictor abibat.
Nequiciā increpuit dequeſtus ſæpe Ioannes
Quod uineta dei petulans ſic roderet hircus
Iratus præſul decreuit perdere ſanctum
Militibus miſſis, uicinaqȝ templa cremare.
Circūdat templum numeroſus nocte ſatelles.
Poſtibus effractis irrumpit miles in ædem
Abdita diſtricto inquirens penetralia ferro.
Gualbertus qua parte latet, monachoſqȝ pauētes
Vulneribus cædit, clamans oſtendite nequam
Eccleſiæ hoſtem. ſæuum, dirumqȝ Ioannē.
Qui ſic de Petro papienſi eſt foeda locutus.
Tunc aberat ſanctus, monachis clamātibus illuc
Vicini currunt, abigunt pellūtqȝ cohortem
Prædonis: rediit generalis luce ſequenti:
Solatur trepidos monachos & uulnera lambit
Cur ego non aderam, cur nō dignatus honore
Martyrii, aut ſaltem pro xp̄i nomine uulnus
Illatum nō eſt? at nō formidine ceſſit
Clamabatqȝ magis, ſimoniacumqȝ uocabat.
Pars melior cleri hærebat populuſqȝ Ioanni
At iuſtum præſul clerum tunc reppulit omnem
Et quicūqȝ ſuis iunctus nō partibus eſſet
Excluſit, uetuitqȝ ſacris papienſis iniquus.
Occluſis phanis laudes ſiluere ſupernæ.
Nulla ſalutiferi celebrata eſt hoſtia xp̄i.
Et tunc ieiuni fuit acceptabile tempus
Decretum ē tandē ut ueritas manifeſta pateſcat

Quã poſtq̃ nequeũt homines / miracula mõſtrẽt
Erret an antiſtes neq̃ uel Dogma Ioannis
Flãma probet uerũ / locus ẽ electus / & ignis
Dicta dies / populus numeroſus ruris & urbis
Ad ſacra conuenit cœnobia (ſeptima dicunt).
Diſtat ab urbe locus quinis uix millib9 illic
Ingentem ſtruxere pyrã / inmedioq; relicta
Eſt anguſta uia ut uix ſingulus iret inilla.
Aſt ubi deuote ſolennia ſacra peregit
Is iuuenis monachus nulli probitate ſecũdus
Qui flãmas aditurus erat / mediũq; per ignem
Planetam poſuit ueſtem (ſic illa uocatur).
Et ſacra intunica niueo candore micante
A ſancto poſtq̃ benedictio facta Ioãne eſt
Vexillo crucis accepto / ſecurus in ignem
Accedit / prunas nudo calcat pede: uentus
Flammarum tunicã impellit / lambitq; capillos
Per lõgum ſpatium / flãmis utrinq; ſonoris
Ambulat illæſus / pſalmos himnoſq; canẽdo
Spectãte hoc populo / uoluitq; iterare p ignẽ
Et tunica intacta rurſus diſcrimen in ire
Sed uetuit populus / ueritas eſt igne probata
Iam ſatis exclamat: raptũq; attingere quiſq;
Certatim conatur eum retinet q; uidetq;
Applaudens: potuit tandẽ uix inde reuelli.
Nomen erat monacho Petrus / ſũmũſq; ſacerdos
Hũc apicis rubei ſũmo decorauit honore.
At Petrus eiectus papienſis epiſcopus urbis
Syllanæ / ignotis poſt occidit exul moris.
Sæpe malum euentum antiſtes ſortitur auarus
Quod deus ipſe dedit gratis uos uendere uultis.
Fulmineus xp̃s de templo eiecit ementes
Non emitur ſanguis / donatur gratis IESV.

Obſecro Gualberti decus immortale Ioannis
Exemplūq; ſuum monachi præponite uobis.
Hic pius atq; humilis ſæcli contempſit honores
Diuitias laudeſq; hominū uitauit ut anguem.
Romanæ eccleſiæ Stephanus, ſūmuſq; ſacerdos
Viſere decrerat, præſenſq; impēdere laudes.
Neglexit ſanctus dominūq; rogauit ut illud
Non fieret, uetuitq; deus turbāte procella.
Humanæ extollat laudis, ne cornua faſtus.
Mitis erat monachis, populoq; affabilis omni.
Nō ſolum uerbo conſolabatur egentes
Sed re paſcebat, pariter ſanabat & ægros.
Dæmones horrebant ſanctiſſima uerba Ioannis
Eius & imperium noſtro quoq; tempore dæmon
Formidat, clamatq; fremēs ſiq̄n ſepulcrum
Gualberti ingreditur poſſeſſū a demone corpus
Eiiciturq; foras, fuſus uirtute Ioannis
Poſt quadringentos trigintaq; cernimus annos
Hoc fieri: poſtq̄ ſanctorū ē in ſorte receptus.
Extitit ante alios ſic paupertatis amator
Vt templa & cellas humiles fabricarit eremi
Et quales deceat monachos cœnobia celſa
Et lata exoſus. cōſtruxerat altius abbas
De lubrum quidam & ſublimes ordine cellas.
Orauit dominū ut ſtationes deſtruat illas
Nec mora uis ingens uicini uertice fontis
Fluxit aquæ, uertitq; imo templūq; domoſq;.
Aedificare caſas humiles paruūq; ſacellum
Iuſſit ibi: & ſubito requieuit curſus aquarū.
Præcipuum hoc ſignū q̄ pauptatis amator
Extiterit, quidam legata acceperat abbas
Nempe monaſterio patrimonia tota reliquit
Iratus genitor natis, pietate Ioannes

Incenſus corā ſcidit inſtrumenta libelli
Præda magis dixit q̄ ſint legata uocanda.
Succedit patri defuncto filius hæres.
Accerſit monachos uicina morte Ioannes.
Conuenere omnes. lacrymæq; per ora fluebant
Vitam exhalantem ut charum uidere parentem.
Et febribus corpus q̄uis arderet anhelis
Fune tamē nixus loquitur ſic fronte ſerena.
O dulces fratres xp̄i dilecta propago
Filioliq; mei qui noſtrum dogma ſequti
Quos ego parturii domino / deponite luctum
Stat ſua cuiq; dies & uitæ terminus omni.
Nō moritur iuſtus / uiuit ſine fine beatus
In domino quiſquis moritur: uictoria cœlum eſt.
Reddetur uobis in cœlo centupla merces.
Omnia pro xp̄i qui deſeruiſtis amore.
Militia iſta breuis uel ſit longiſſima uita
Iucundos faciet merces immenſa labores.
Debilis eſt hoſtis nequeat qui uincere quemq̄
Ni ſe permittat uinci xp̄umq; relinquat.
Hoc teſtamentum noſtrum eſt deuinciat omnes
Mutua uos charitas hoc noſtrum dogma ſigillo
Naſcitur: hoc ſigno mōſtrabitis eſſe Ioannis
Diſcipulos xp̄iq; gregis. ſuper omnia mando
Sit procul a uobis rerum immoderata cupido
Corde humili & uerbo ſine lite eſtote benigni.
Tunc moriens benedixit eis: poſcenſq; papirū
In xp̄m credo ſcripſit de uirgine natum.
Quicquid apoſtolicus cœtus / Romanaq; ſanxit
Eccleſia: & quicquid ſynodi ſtatuere fideles.
Catoliciq; greges. Se hæc omnia credere dixit
In manibuſq; ſuis poſt mortem charta remanſit
Angelicæq; animam in cœlum uexere phalanges.

¶ Deprecatio eiuſdeȝ pro patria Florentina. ꝑ ſacro ordine uallis umbroſæ & pro ſe ipſo Vgolino.

SI tanta in terris quondam pietate Ioannes
Fauiſti afflictos hominum miſerate labores
Syllanæq; tuæ patrie tutela fuiſti/
Qua nunc in cœlo debes charitate tueri
Vexatã patriam tanto in diſcrimine belli
Barbarici: ecce tuũ celebrat florentia nomen.
Atq; tua inſtituit ſolennia firma quotannis
Edicto: a cunctis ceſſat florentia rebus.
Totus ut ille dies ſacro impendat̃ honori
Relligio hic colit̃ ſyncera & mente fideli.
Sunt peccatores fateor: ſuccurre precanti
Afflictæq; urbi domini ut ſit mitior ira
Vallis & Vmbroſæ perſiſtat candidus ordo
Vt tua ſit cunctis ſanctorum formula morum.
Conſerua Venerande pater tua pignora nullus
In grege nunc hedus: ſed ſint ſine ſordibus agni
Conciueq; tuum Gualberte tuere Verinum
Præſertimq; adſis mortis cum uenerit hora.

¶ Supplemẽtũ de miraculis ſãcti Ioãnis Gualberti quæ oſtẽdit deꝰ ꝑ eũ dũ uiueret & poſt eiꝰ mortẽ.

SI narrare uelim miracula cuncta Ioannis:
Quæ dum uiuebat uel poſt ſua funera fecit/
Creſceret in magnũ præſens hæc Sylua uolumẽ.
Sed pauca e multis raptim miracula tangam.
Vrſus erat magnus uaccaruȝ terror & horror
Paſtorum/ lacerabat oues/ uaccaſq; uorabat
Ex antro egreſſus/ uerbo/ iuſſuq; Ioannis
Abſentis ſtetit immotus collumq; ſecuri
Præbuit ancipiti: & tranſfoſſus corruit illic.
Angebat frugum penuria magna colonos.
Quos ꝑ tres menſes nutriuit lacte/ nec unq̃

Deficeret turbæ numeroſæ copia lactis
Donec maturas fruges produceret æſtas.
Abbatē quēdam merito reprehendit auarum
Horrea quod plena eſſent & penuria tanta
Vrgeret turbas inopes / cum multa dediſſet
Pauperibus ſemper granaria plena uidebat
Et quo plura dabat charitas maiora replebat.
Corda reuelabat ſecreta latentia pandens
Audierat quēdam monachum delicta fatentem
Cælaratq; pudens intus maiora Ioanni /
Tunc pater increpuit cur hæc atq; illa reſeruas
Peccata? erubuit monachus mox illa retexit.
Qui fieri uellent monachi noſcebat in ipſo
Intuitu: q̄uis uerbum nullū ante loquutos.
Parte reſeruata quidam patrimonia donans
Pauperibus / monachus fieri poſcebat: at illum
Reppulit hæc dicens: Donec ſeruaueris unum
Denarium nūq; cœnobia noſtra ſubibis.
Nec partem ſeruaſſe ſibi cognorat ab ullo.
Omnia confeſtim lætus donauit egenis.
Tunc abbas illū ſuſcæpit mente ſerena.
Vrgebat uehemens monachos penuria frugū
Nullus erat panis lȝ eſſet menſa parata.
Veruecē pro pane abbas p̄cepit edendum
Apponi dicens: dabitur cras copia panis
Manducate lȝ uetuit ſacra religio carnem.
Stabant attoniti monachi prorſuſq; ſilebant
Cras (ut erat dictum) iuuenes uexere farinam
Ignoti & panes multos / frugūq; medinnos.
Pulſauere fores templi / ſalmiſq; relictis
Iumenta & iuuenes abeunt uelociter illinc.
Redderet ut grates ſubito cellarius illis
Egreſſus / nuſq̄ iuuenes aſinoſq; uidebat.

Nec uidiſſe ullos iuuenes uicinia dixit
Vt complerentur diuina oracla Ioannis
Plus freti xp̄o q̄cum granaria plena
Poſſe famē arceri, xp̄s non deſerit unq̄
Qui credit fiditq; deo poſcitq; ſalutem.
Clamauit quidam rapido delapſus in arno
Affer opē Gualberte mihi/miracula uera
Si tua ſint præſeñs ex templo numen ad eſſe
Senſit et euaſit rapido de uertice liber.

¶ Vgolini Verini ī laudē Dñi. Blaſii milanenſis ciuis florētini & Reuerendiſſimi Gñalis totius ordinis Vallis Vmbroſæ. Carmen.

Vmbroſæ uallis fundator & ordinis auctor
Gualbertus fuit inſigni bonitate Ioannes.
Gloria uirtutum & ſanctorū formula morum.
Poſt quadringentos trigintaq; Blaſius annos
Ordinis Vmbroſæ uallis/generalis habenas
Suſcepit: rexitq; diu: & regit inclytus illas.
Solerti ingenio lapſum reparauit & auxit.
Quaſſa reſarciuit cœnobia: plura recepit
Quæ ueterum amiſit deſes incuria patrum.
Reſtituitq; ſuis monachis extorta prophanis.
Ocia neue ſuos iuuenes ſiqñ ſuperſint
A ſacris/poſſint molli corrumpere luxu/
Doctrina & morum elegit bonitate magrōs
Qui ſacro eloquio erudiant linguaq; latina
Omnis enim ignorans malus/& uirtutis egeñus.
Hoc milanenſis cauit ſapientia Blaſi
Non minor ut probitas q̄ ſit Doctrina ſuorum.

Z 1016
30

5851967

MC